



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Alciacense S. Silvini Monasterium, apud Hesdinum Artesia opidum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

à Baldeuino Comite, & Athela Comitissa
Constructum est.

Anno CIO. CXXXIX. deiecta est vetusta
Eihamensis Ecclesia, & incepta est noua à
Snellardo Abbate.

Einhamense porrò monasterium multa in a-
gro Antuerpiensi, nominatim in vico Turnino,
vulgò Duerne, olim pradia habuit, quæ Antuer-
piense S. Michaëlis cœnobium, ordinis Præmon-
stratensis, titulo permutationis siue emtionis,
nunc possidet. Ex quo videri fortasse queat, Tur-
ninenses S. Fredegandi monachos, quorum cœ-
nobium, circa annum Christi octingentesimum
octogesimum secundum, à Normannis vastatum
tradunt, ad munitum Einhamense castrum ali-
quando aut confugisse, aut domicilium collo-
casse.

An. 882.

De S. Fredegando, eiusque apud Turninum
monasterio, Molanum lege in Natalibus Sancto-
rum Belgij.

17. Julij.

ALCIACENSE S. SILVINI

Monasterium, apud Hesdinum Artesia
opidum.

A Quo cœnobium istud sit inchoatum, non-
dum certò comperi. Loci antiquitatem ex
eo colligas, quòd S. Siluinus Episcopus (cuius no-
men Martyrologij Romani tabulis, ad diē XVII.
Febr. est adscriptum) in Alciaco obiisse legatur

An. 715.

Cœnia ho-

die S. Ri-
charij Ab-
batia. ord.
S. Bened. in
tractu Ca-
letano.

Anno Christi septingentesimo decimo quinto, ibi-
demq; tunc conditus sit à monachis Centulensi-
bus, qui S. Richarij hodie nuncupantur. Ex quo
effici v detur, Alciacum olim cellam seu Priora-
tum fuisse, Centulensi cœnobio annexum.

An. 1072.

De Alciacensis autem cœnobij primis Abbati-
bus hæc recitat Iperius in Chronico suo Bertinen-
si Anno millesimo septuagesimo secundo Ab-
bas noster Heribertus Suelgerum huius loci
monachum, misit ad Alciacum locum no-
strum, & eum ibidem primum Abbatem insti-
tuit, sed vix duobus annis abbatizavit. Quo
defuncto Heribertus successorem ibi statuit
Geruinum, huius loci monachum. Quo depo-
sito Heribertus instituit ibi Norbertum mo-
nachum nostrum, anno millesimo septuagesi-
mo septimo.

An. 1077.

Solet enim Alciacensibus Abbas præfici è nu-
mero monachorum Bertinensium; qua de re ex-
stat Rescriptum Innocentij Tertij Pontificis
Maximi.

Lib. V.
Decretal.

Epist. 350.

Meminit & S. Bernardus Clareuallensis, Ab-
batis & Ecclesie de Alchi, incultam ei terram
in elemosynam dari postulans.

Quomodo autem Cluniacense institutum a-
pud Alciacenses sit introductum, ita narrat idem
Iperius: Lambertus Abbas noster duabus pri-
marjis Ecclesiis huius diœcesis, scilicet Mo-
rinensi, & Sithiensi reformatis, totum se Clu-
niacensibus indulgens, ad vicinas Ecclesias
refor.

reformandas, mentem intendit, oportunitatem nanciscens, nunc ex Ecclesiarum vacationibus, nunc ex monachorum dissensionibus. Anno itaque millesimo centesimo primo, Ecclesiæ Alciacensis (cui de iure, consuetudine, ac priuilegio consuevit, & debet, ex isto monasterio Abbas prouideri) Lamberto Abbate defuncto, Odonem Cluniacensem monachum, virum exemplarem, ad ordinem hîc reformandum pridem missum, diligentia Hugonis, tunc Cluniacensis Abbatis, Alciacensis Abbatem præfecit. Qui multa ibidem per religionis aduersarios aduersa perpeffus, illis fugientibus ipse cum viris timoratis, sibi adhærentibus, idem cœnobium ferè viginti annis, secundum regulam, & exteriorem abundantiam honorificè rexit. *Hactenus Iperius.*

An. 1101.

CAPVT LXVII.

Bantum vulgo Bantz in d. Herbipolensi.

Fundatum id legitur in honorem S. Dionysij anno 1071. ab *Abberarde* Comitissa de Bant quæ ibidem sepulta est. Fuit primum sexus utriusque cœnobium; sed virginibus amotis, post vastationem rursus pro monachis ædificatum est anno 1127. ab *Othone* Episcopo Bambergensi & Pomeranorum Apostolo. Ita *Bruschius* citato loco.

1071.